



*Ab hac die usque ad sabbatum Quatuor Temporum Pentecostes inclusive, in omnibus Missis, non dicitur Graduale: sed quatuor Allelúia cum duobus Versibus ordine infrascripto; in Vigilia Pentecostes et post quamlibet Lectionem in Sabbato Quatuor Temporum eiusdem, unum Allelúia dicitur cum unico versu. Alio tempore usque ad Septuagesimam, quando dicitur Graduale, dicuntur tria Allelúia post Graduale, bis ante Versum, et semel post Versum; cum autem dicitur Sequentia, Allelúia, quod dicendum esset post Versum, dicitur post Sequentiam.*